

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4171

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2257

ASCETICI.

2258

DXCI.

perdita castitate, hoc initio: Anima mea anima erumpnosa &c. Et jam transfilitur ad Orationem in Edit. XX. Pro accendendo dei amore, cuius initium: Domine ibesu christe redempcio mea misericordia mea &c. Hanc demum excipit Oratio inscripta: Pro veniam impetranda, quae Anselmi Editoribus incompta fuisse videtur; non enim illam in Edit. cit. reperio. Ejus initium est: Suscipiat pietas tua domine deus meus preces humilitatis mee. Ego miserrimus ad te piissime deus confugio pregrauatus sarcina peccatorum incurvatus pondere criminum profundis ignorancie tenebris obuolutus &c. Anselmo non indigna, verum, quod dolendum, jam cum pag. 2. in his verbis: Inclina cor meum deus ad amorem tuum, ut te ex toto corde et ex — — abrumpitur.

XVI. fol. 205. p. 2. *Tractatus, ut e calce praeoccupo, de Corpore Christi venerabilis Magistri Stanislai de Znoyma. De hoc Viro jam saepius aetum. Thema Tractatus habes in primis ejus verbis: Visum est non esse iniuste quod quidam Tractatus de non remanencia ipsarum substancialium panis et vini post consecrationem in Sacramento altaris per aliqua motiua ad utramque partem contradictionis inclusive usque ad conclusionem katolicam in hac materia protendatur &c. Ad calcem omnia submittuntur judicio Sbinconis Archiep. Prag. qui ab a. 1403 — 411. Sedem tenuit.*

Codex chartaceus lat. Sec. 189 XV. Folior. nunc. 143. f. currente calamo scriptus et olim Wenceslai Rossii Pressorovini Sacerdotis Bob. ut folium ult. testatur, sequentia continet: I. Collectanea quaedam de Eucharistia et Poenitentia, adjunctis Casibus Episcopo et Papae reservatis. Principium deficit, primaque verba sunt: nichil aliud percipit quam saporem panis, oculis videt colorrem panis, auribus audit fracturam &c.

II. fol. 12. succedit Tractatus asceticus absque Autoris nomine, de gratia, virtutibus cum generatim tum speciatim, et Extremis, quae homini accidentunt, in Capita, seu Sermones CXXV. tributus, praefixo cuvis themate biblico. Ita C. I. incipit: *Gracia dei et misericordia in sanctos eius, et respectus in electos illius. Sap. 4. Sic dicit beatus Bernhardus in libro suo de libero arbitrio. Deus hic tria in nobis operatur &c. Ultimum vero finit: Item crimen lese maiestatis temporale est servitus perpetua. Similia exempla videmus cottidie. Adjacet sequens rubrica: Explicit liber iste Anno Domini M° CCCC° XXXI° et fferia quarta infra octauas Visitacionis virginis marie, et Index capitum.*

III. fol. 138. p. 2. *Incipit summa aurea bonaventure de gradibus virtutum et primo ponitur Caritas. Initium Opusculi est: Infimus*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4171

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2259

C O D I C E S

2260

sumus gradus caritatis est diligere amicum &c. Extat inter Bonaventurae Opera T. VII. edit. Lugd. 1668. p. 19. f. sed Librarius noster aliquantum contraxit. Ad calcem adjectae sunt rubro variae Paroemiae lingua teutonica, etiam rhythmicæ, item sequens nota temporis: Anno domini M° CCCC° XXXI°. Am andern dornstage yn der vasten do quam der alyscb ken der laubaw (Lobavia Lusatiae, Löbau) vnd czeret vnd seyne geseln vorrytin do dy stat vnd czu eyner gescheydekeit retin dy keczer vor Budezin vnd czeret mit en (ihnen) vnd wolde do seyne bosheit bedeckin mit deme das dy keczer worbin um ein gedinge vnd do en das nicht geen wolde do czogen sy von danne wen sy mol wusten das en dy lewaw (Lobavienses) vorrotin was, (proderent) das geschach am andern dynstag in der vasten. Alyscb supra nominatus Alzo si-
ve Alexius ille Scopeck fuisse videtur, quem cum reliquis nobilibus Husſi asseclis literas ad Lusatiae civitates dedisse perhibet Job. Cochlaeus Hist. Husſ. L. V. p. 201.

DXCII.

⁶²¹ Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 223. 4. non una manu conscriptus procedit, ut sequitur: I. Opus asceticum constans Capitibus LV. quorum Elenchus ad calcem est, inscribitur minio: Prefacio de seueritate et

distridione diuine iusticie ad cau- sandum timorem contra negligenciam et stultam securitatem. Initium: Cum fidelissimam illam saluberrimamque domini nostri ibesu christi admonitionem, qua Math. 16. Marci 8. et Luce 9. dicit, Quid enim proficit homini &c. cum inquam illam animo pertrac- tare ac solicite de anime proprie michique commissorum salute co- gitare cepi &c. Vides Autorem religiosae cuidam Familiae prae- fuisse, aut Pastorem animarum egisse. Capitis I. Argumentum: De diligencia lectionis et audicio- nis verbi dei et de periculis et malis ignorancie. Et sic deinceps de Fide, quatuor Novissimis, Spe, Confessione Peccatorum &c. Multus est Noster in adferendis S. Scripturæ et PP. locis, quin et Scotum, Petrum de Tarentasia, Gersonem &c. excitat, unde de Scriptoris tempore conjectes.

II. fol. 202. Incipit probe- mium de Arte moriendi In nomi- ne sancte et individue trinitatis Amen. Initium: Cum de presen- tis exiliij miseria &c. Libellus in sex particulas divisus, in Preces apud Moribundos fieri solitas definens, figuris xylographicis infi- nis inter prima Impressionis ta- bellaris specimena plures com- paruit, quae recenset Heineckius in Idée generale d'une Collect. complete d'Estamp. et eod. Ope- re etiam germanice vulgato, et nos Opusculum indicavimus Codd. pluribus, ut Index docet. Ad calcem nobis additur:

Qui